

Codice Diplomatico Longobardo I, 86

+ In Dei nomine. regnante domno nostro Ratchis uir excelentissimo rige, anno regni eius Christo auxiliantem tertio, mense octubrio, indictione quinta decima; feliciter. Manifestum sum ego Luceri uir uenerabilis presbitero, quia reprometto et ispundeo atque manus meam facio tiui domno uiro beatissimo Uualprand episcopus, pro eo cot me unam cum filiis ecclesie in ecclesia Sancti Petri in loco Mosciano pres biterum hordinasti et in omnem ris ecclesie cunfirmasti cum cunsenso Ratperti et Barbula centinariis uel de tota pleuem congregata me in ipsa sancta Dei ecclesia cunfermasti, ut admodo ab unc die in ipsa suprascripta ecclesia deserbire diueam casto et iusto ordinem, non superue aut inique agentes, set senper in humilitatem Deo et ipsius ecclesie serbientes, laus et mandatum Domini in omnibus adinplentes, et res ecclesie bene lauorantes et guuernantes, non fraudem facientes, nec aliquid de rebus ecclesie menuantes, aut in malis partibus nofracantes, aut deportantes in proprio monasterio meo, aut in qualie loco peculiarina facientes, nisi tantum cause benedictionis, per amicos aut parentes meos aut cui uolueru de fructum oblationum, absque fraude. et si de hec omnia suprascripta capitula leniter non cunseruaueru et ad me adinpletum non fuerit, aut si de ipsa ecclesia foris exiero et in alia introiero per colie desoasionem, et prouata causa fuerit per duo uel tres homines Deum timentes quas meam culpa sid, cunpuna ego qui supra Luceri presbitero tiui domno meo Uualprand episcopus auri soledus boni Lucani numero centum. Quam meis repromessionis pagina Gaudentius presbiter una cum Perteradu clerico discipulu eius iscriuere rogau. ex dectato suprascripto Gaudentio magistro meo scripsi ego Perterad, sup istipulationem ispansionemque interposita. Actum Luca, in domo sancte ecclesie. + Ego Luceri presbitero in hac manus mea suscribsi. Signum + manus Buciuli uiri uenerabilis presbitero testis. Signum + manus Guntelmi clirico testis. Signum + manus Aunipert uiri uenerabilis presbitero da Rocta testis. Signum + manus Seipert clerici filio quondam Seifridi testis. Signum + manus Lucifridi clerici testis. + Ego Gaudentius presbitero propria manus mea suscribsi et confirmaui.